



**Sermones: Petri Hieremie Panormitani ex Sicilia: F.
co[n]uent[us] ordinis Predicatoru[m] bononiensiu[m]:
tam preclari q[uam] omnigene eruditio[n]is refertissimi.
omnibusq[ue] euangelica documenta ...**

Petrus <de Hieremia>

[Augsburg], 1514

VD16 P 1883

De eode[m] ali[us] sermo. xcv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70359)

De laude scientiarū

tionum/quare scientie dicuntur vere diu-
tie. Auctoritas. Proverbi. viij. Accipite
disciplinam meam: et non pecuniā. Do-
ctrinam magis q̄ thesaurū eligite. De-
hor est em̄ sapientia cunctis opibus precio-
sissimis. Et om̄e desiderabile et nō potest
comparari. Item. Ps. Bonum mihi lex
oris tui: super milia auri et argenti. Item
Sap. vij. Proposui illam regnis et sedib.
Et diuitias nihil esse dixi in cōparatione
illius. Nec comparavi illi. lapi. preci. quo-
niā om̄e aurum in comparatōe illi⁹ are,
est exigua et tan. lutum est. ar. in conspe-
ctu illius. De ciuili etiam sapientia dicit
iuriconsultus Ulpianus: et habetur. ff.
De varijs et extra. cogn. lib. j. Est qui-
dem res sanctissima ciuilis sapientia: et q̄
precio nummarlo nō sit estimanda. Et sic
pater ratio/quare apostolus vocat scienti-
as diuitias dicens in themate. Diuites
facti estis in om̄i scientia. Pro fundamen-
to fmonis oritur theologicis q̄stio.
¶ Queritur utrū donum intellectus qd̄
dicitur scientie simul consistat in contem-
platōe creatoris et creature. Arguitur q̄
non: sapientia et scientia differunt et sunt
diuersa dona: per quod vnum eorū est cir-
ca temporalia: aliud vero circa eterna: er-
go si donum intellectus est vnum: videt̄
quod non possit esse circa illa duo. In op-
positum ait magister sen. in. ij. dist. xxxv.
Intelligentia nō modo de eternis est: sed
etiam de rebus inuisibilibus et spiritali-
bus: temporaliter exortis. ergo donum in-
tellectus quod scientia dicit simul consistit
in contemplatione: creatoris et creature.
Et sic questio manet. p̄ vtracq̄ pte dubia.
¶ Ad questionē respondendū est: f3 Bo-
nauem. super. ij. sentent. dist. xxxv. q. ij. q̄
cognitio de deo sub ratione veri potest ha-
beri scdm̄ simplicem modū. Vno modo
habetur cognitio de deo per simplicem as-
sensum. Alio modo p̄ rationis adminicu-
lum. Tercio modo per simplicem cōten-
tum. Primum est virtutis fidei: cuius est
assentire. Scdm̄ est doni intellectus: cui-
us est p̄ rationes abscondita intelligere.
Tertium est beatitudinis mundicie cor-
poris: cuius est deum videre: quoniā er-
go rationes fm̄ quas iuuamur ad credita

intelligenda/accipiant non solum a condi-
tionibus creature spiritalis: que inter
creaturas primiorē habet assimilationē
ad creatorem. Hinc est quod donū intel-
lectus cuius actus est in contemplatione
summi veri eternari p̄ lumen/quod nō so-
lum facit assentire: sed etiam p̄ congruas
rationes credita intelligere: non solum at-
tenditur in contemplatione creatricis est
sentie: sed etiam spiritalis creature: et
ex hoc pater quis sit actus: et obiectum p̄-
prium ipsius doni intellectus: quoniā ob-
iectum eius est ipsum verum eternum/in
quārum intelligibile nō solum secundum
pprias condiciones: sed etiam scdm̄ quod
pprietates creaturaz sibi similiū scdm̄
quod dicit magister in littera: actus vero
eius est contemplari ipsum verū creditū:
vt deuotius credatur: et ardentius diliga-
tur: et ita donum intellectus consistit in cō-
templatione rationalis creatoris et spiri-
tualis creature: sicut ostendunt rationes
que ad istam partem sunt inducte. Et ad
argumentū dicitur qd̄ donum scientie et
sapientie distinguuntur: quia hōc est circa
temporalia: et illud circa eterna et. Jam-
patz responsio: quia non est simile: sapien-
tia em̄ negotiat̄ circa eterna/secundum ra-
tiones eternas. scientia vero circa creaturā
cundū rationes creatas: et quia habent di-
uersa obiecta secundū rationē merendi et
dirigendi/ hinc est quod sūt dona diuersa.
Intellectus vero siue circa creaturā/ siue
circa creatorē negotietur. semp̄ refert ad
rationes eternas: ad quas per creaturas
etiā eleuat̄ cōtemplandas. Et iō vni solū
donū est quāuis illa sunt plura: et hoc
colligi potest/ qd̄ donū intellectus est infra
sapientia et supra scientiam: de qua fit ser-
mo: iuxta p̄ba p̄assumpta: et sic de alijs.

De eodem. Sermo. xcv.

Sed vt hācra-
tionem vltimam latius p̄sequa-
mur: videlicet quomodo scien-
tia faciat hominem beatum seu felicem:
est notandum qd̄ fm̄ sententiam theolō-

gorum et philosophorum eorum qui recte senserunt: beatitudo hominis in dei cognitione consistit: non autem in diuitiis: non in fortitudine: non in dignitate: non in volutibus: nec in honore. Auctoritas veteris testamenti. Hieremie. ix. Non gloriatur fortis in fortitudine sua: et non gloriatur diues in diuitiis suis: sed in hoc gloriatur: qui gloriatur scire et nosse me: quia ego sum dominus. Ad idem auctoritas noui. Ioan. xvij. Hec est autem vita eterna: ut cognoscant te solum verum deum. Et quem misisti Jesum christum. Sicut autem tangit Thomas in quarto contra gentiles in principio: potest de eo et de diuinis triplex haberi cognitio: ad quarum quamlibet scientia hominem disponit: manducet et instruit.

Prima est cognitio per rationem naturalem: et hec est bona.

Secunda est per reuelationem diuinalem: et hec est melior.

Tercia est per visionem supernalem: et hec est optima.

In primis tamen duabus cognitionibus consistit non perfecta beatitudo hominis: sed imperfecta. In tertia vero perfecta: ut probat Tho. in. iij. contra gentiles. c. xxxvij.

Prima ergo cognitio habetur per medium creaturarum ex quarum cognitione deuenitur ad cognitionem dei demonstratione: quia sicut per effectus ad causam. Declara hoc sicut scripsi in sermone articulis fidei sermone octauo ubi agitur de articulo primo fidei: videlicet de unitate dei parte. i. Auctoritas. Rom. i. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellectus conspicuntur sempiterna quoque virtus eius et diuinitas. Item Sap. xij. A magnitudine enim speciei creature cognoscibiliter poterit horum creator videri. Hanc ergo cognitionem dei siue hunc modum cognoscendi deum instruit nos scientia metaphysice. Huic autem scientie metaphysice omnes alie scientie et liberales artes humanitus adiuuante deseruiunt. Vnde amicus quomodo. Et primo quidem deseruiit philosophia naturalis. Vnde Augustinus in tertio de doctrina christiana. Nam me-

dium huius cognitionis diuine que habetur per metaphysicam sumitur a creaturarum cognitione ut dicitur est. Creature autem tunc perfecte cognoscuntur cum earum nature et cause percipiuntur quia ut dicit philosophus. Tunc vnum quoddam scire arbitramur cum eius causam cognoscimus: quia obiectum intellectus est quod quid id est rei essentia. ut dicitur in tertio de anima. Ideo ad huius diuine cogitationis habendam noticiam necesse est scire naturas rerum et earum diffinitiones seu causas. Quia etiam ad vacandum huic speculationi: requiritur valitudo corporis: quia alias fantasia non esset apta ad formandum fantasmata per que intellectus passibilis intelligit et. Ad hec autem deseruiit medicina: que subalternatur philosophie naturali. Secundo deseruiit et philosophia moralis. Nam ad cognitionem dei non potest homo pertinere: nisi mente purgata a vitiis et voluptatibus: quibus infectus animus hominis non solum de deo sed nec de creaturis cognitionem perfectam habere potest: quia ut dicit Boetius.

Ambibus artibus condita nullum fundere possunt sidera lumen. Ideo consulens subdit.

Tu quoque si vis Lernere verum. Tramite recto Lerpere callem. Gaudia pelle. Pelle timorem. Spemque fugato. Nec dolo: adsis.

Et subdit rationem dicens.

Ambula mens est Vinctaq; frenis.

Hec ubi regnant. Ad hanc autem purgationem animi per bonos mores et virtutes deseruiit nobis philosophia moralis quaz tractat Aristoteles in ethica. Ideo dicit Augustinus in octauo de ciuitate dei. quod propterea Socrates vniuersam philosophiam ad componendos corrigendosque mores flexisse memoratur: cum ante illum omnes magis physicis id est naturalibus rebus periculis operam maximam impenderint: quia scilicet primas atque summas causas rerum: quas non nisi in vniuersi veri ac summi dei voluntate esse credebat non putabat nisi mundata mente posse apprehendi. Et ideo purgatione bonis moribus vite cenfebatur instans. ut de

De laude scientiarum

primentibus libidinibus exoneratus animus naturalis vigore i eterna se attollere natura qz corporis et immutabilis luminis: ubi cause omnium factorum naturarum stabiliter videntur intelligente puritate inspicere. Hec ille. Tertio huic cognitioni diuine deseruit economica hoc modo. Quia enim debitores sumus etiam proximis nostris quos sicut nos diligere iubemur: iuxta illud Eccl. x. vij. Deus mandauit unicuique d proximo suo. Et Matth. xxij. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Terenti? Homo sum et nihil humani a me alienum puto. Unde et phas in ix. Eibi dicit: qz amicitia que sunt ad amicos: videtur venire ex his que sunt ad seipsum. Et quo dicto colligitur qz illa debemus velle amicis que et nobis. Ideo ad hanc purgationem mentis que habetur per virtuosam vitam debet homo diligere etiam proximos suos: vt possint esse capaces etiam ipsius diuine cognitionis. Debet autem homo facere presertim erga illos quorum curam gerit: quia alias contra ius federis humani faceret. Unde dicitur. i. Tim. v. Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet fidei negauit: et est infidelis deterior. Potest autem hic habere curam aliorum dupliciter. Vno modo tanquam persona priuata: sicut paterfamilias domus. et sic tenetur homo habere curam familie sue et diligenter ipsam: verbo et exemplo instruere et prouidere vt per virtuosam viam incedat. Et ad hoc deseruit economica que est vna pars philosophie moralis. Alio modo homo potest habere curam aliorum tanquam persona publicae: sicut est princeps vel rector ciuitatis. et sic debet habere scientiam gubernandi rem publicam: vt ciues virtuosos viuant. Et ad hoc Quarto deseruit politica que est etiam alia pars philosophie moralis. Huic autem politice subalternatur scientia iuris canonici et civilis. Cuius precepta sunt hec. Honestate viuere: alterum non ledere: ius suum unicuique tribuere. Inisti de iusti, et iur. in principi. Quinto deseruit huic cognitioni diuine etiam artes liberales. Primo quidem grammatica. Quia enim ad predictas scientias agnoscendas quibus manuducimur ad dei cognitionem: indigemus auxilio doctorum qui predictas scientias conscripserunt. Non enim sufficeremus ex nobis ipsis ad omnia predicta inuenienda et cognoscenda: eo qz vita breuis ars vero longa. ideo necessarium est nobis legere libros eorum et consequenter eorum idioma intelligere in quas illas scias tractauerunt. Quia autem idioma eorum fuit in grammatica: ideo oportet scire grammaticam. Tum propter intelligendos libros eorum. tum etiam propter conuicandam scientiam nostram alijs. Quia grammatica dicitur scientia recte loquendi atqz scribendi. Secundo huic diuine cognitioni deseruit dialectica. Nam in cognoscendis et capiscendis predictis scientijs sunt multe difficultates et obsecuti artes. Tum propter multitudinem intellectus nostri: qui vt ait phasita se habet ad manifestissima in natura: sicut oculus nocte ad solem. Tum etiam propter difficultatem rerum in seipsis. Propter quod de Salomon Eccl. i. Luncte res difficiles non potest homo eas explicare sermone. Et in hoc de videmus qz multi philosophi antiqui in multis errauerunt et contraria inter se ipsos senserunt. vt Aug. refert. xviij. de ciuit. dei. et propter hoc etiam fortasse Socrates redio rerum obscurarum philosophia inueniam ad corrigendos componendosqz mores flexisse memorat: vt dicit Aug. viij. de ciuit. dei. Ideo ne possumus facilliter decipi tam a nobis quam ab alijs ne accipiamus falsum pro vero et conuerso. Ideo necessarium est nobis habere modum cognoscendi arguendi et diceredi verum a falso: et ad hoc deseruit dialectica: que sicut dicit Aug. plurimum valet in dissoluendis questionibus etiam sacre scripture: tum ibi cauenda est libido rixandi et puerilis quedam ostentatio decipiendi: sicut plebique insipientes delectantur. Contra quos dicitur Eccl. xxij. Qui sophisticce loquitur odibilis est. Tertio deseruit etiam Rhetorica. Quia enim ad dirigendos primos nostros ad beatitudinem istam que consistit in cognitione dei: vt dicitur est et ad purgandum animi indigemus aliquibus rationibus persuasivis. ideo frequenter indigemus aliqua scientia ad persuadendum eis et trahendum eos dulciter et affabiliter: ad hoc quia non violenta sed beniuolentia trahendi sunt ad salutem: iuxta illud Apostoli. Non ex tristitia aut ex necessitate: bilarem enim datorem diligit deus. ij. Cor. ix. Quocirca enim seruicia non placent deo. Ad hoc autem deseruit

rhetorica. Unde et docto, antiqui eloque-
ter libros conscripserunt: ut non solum in-
struerent intellectum: sed etiam legentium as-
pectum attraherent: per uassonibus rhetori-
cis. Nam ut ait Augu. in. iij. lib. de doctr.
christiana in prin. Cum sit in medio posi-
ta facultas eloquij que ad persuadenda
seu praua seu recta plurimum ualeat: cur non
bonorum studio comparatur ut milititer ve-
riat? si eam mali ad obediendas peruer-
sas uanasque causas in usus iniquitatis et
erroris usurpat. Quarta deseruit mu-
sica que est scientia delectabilis. Quia em-
mens nostra corpori unita, non potest sem-
per et continue vacare huius contemplatio-
nibus diuinis: propter humanam fragili-
tatem. ideo expedit ut quandoque interpo-
nantur aliquae occupationes delectabiles
et honeste: quibus animus releuatus possit
fortius contemplationes illas resumere, et
idcirco adinueta est musica: ne alias tedio
torperemus aut vacarem? oculo: quod est
sentina omnium uirtutum. Et etiam for-
tasse ut angustus noster ex melodia musica
si attraheretur ad deuotionem: et subleuare-
tur ad diuina. Unde et in officijs ecclesia-
sticis sacri doctores instituerunt etiam me-
lodias musicales: quae ualde deseruiunt con-
templationi et deuotioni audientium. Unde
de Augu. legimus quod fiebat uberrime in
hymnis et canticis suauiter sonantis ecclesie
uocibus uehementer affectus. Et de Le-
cilia legitur quod cantantibus organis Lecilia
in corde suo: soli domino decantabat di-
cens: fiat domine cor meum immaculatum
ut non confundar. Item Dauid sonando
psalterium: eleuabatur ad contemplandum dei
um: et spiritum sancto adeo replebat ut tunc
prophetaret. Et alibi legitur quod ipso pul-
sante citharam quiescebat Saul a uerati-
one spiritus mali. j. Reg. xvj. Ideo hic potes-
etiam dicere si expedit quod poete fingunt de
Orpheo: et agit Boetius in. iij. de con-
solatione. Quinto deseruit Astrono-
mia: ad cognitionem enim dei non solum ma-
nuducit consideratio et cognitio creaturarum
inferiorum que sunt sub celo: que habetur
per philosophiam naturalem: ut dictum est
supra: sed etiam maxime deseruit et manu-
ducit cognitio corporum celestium, i. celorum:
planetarum: et siderum et cursus earum. in

quorum proprietatibus et motibus: maxime cog-
noscitur mirabilis et ineffabilis ordo diui-
ne sapientie. Ad hoc autem deseruit Astro-
nomia. De Astronomia seu astrologia di-
cit Augu. in. ij. de doctrina christiana: quod
si nihil adiuuat ad intelligentiam diuinari-
scripturarum: et instructuosa intentione plus
impedit. Hec etiam scientia hodie abiit in
desuetudinem sicut dicit Gratian. xxvj.
q. ij. c. Sois. Sexto deseruit Arithmetica
Nam astronomia perfecte haberi non po-
test: nisi scientur positiones numerorum
quos docet Arithmetica. Et ideo oportet
hanc scire: quasi viam ad illam. Septimo
deseruit Geometria eadem ratione qua et
Arithmetica. Astronomia enim non potest per-
fecte sciri: nisi agnoscant dimensiones siue
mensure et quantitates rerum: et cognoscant
quantitates astrologorum: et distantias siderum et
cursus eorum: et ad hoc deseruit Geome-
tria. De Arithmetica Geometria et Mu-
sica. dicit Hierony. sup. epistolam ad Titum
quod quis praeceat ueritate: tamen non sunt
scientie pietatis: et habet in decret. xxvj.
dist. Si quis grammaticam. Et predictis
ergo patet: quod omnes scientie et artes libera-
les manuducunt hominem ad cognitionem
dei: in qua beatitudo humana consistit. Quia
uis diuersimode: quia quedam immediate
sicut est metaphysica: quedam uero mediate
sicut alie scientie et artes. Fiat ergo ratio
formalis sic. Illa per que manuducit homo
ad beatitudinem faciunt hominem beatum: sal-
tem per modum cause instrumentalis dispo-
sitiue. Sed scientie manuducunt hominem
ad cognitionem dei: que est beatitudo huma-
na: ergo et. Patet conclusio. ¶ Secunda uero
cognitio de deo habet per reuelationem diui-
nalem: et hec est melior et perfectior: quia meli-
ori et perfectiori medio innititur quam prima:
quia prima innititur medio creature: per cuius
cognitionem quasi per quandam scalam ascen-
dit homo ad cognitionem creatoris: ut di-
ctum est. Hec autem cognitio innititur medio
creatoris reuelantis. Nec potest ista cogniti-
o siue iste modus cognoscendi deum natu-
raliter haberi ab homine: et hec sunt ea que sunt fi-
dei. Da exemplum de trinitate personarum: de
incarnatione seu eucharistia: et alijs articu-
lis fidei: ad quorum cognitionem ex puris na-
turalibus non potest homo peruenire: quia

De laude scientiarū

transcendūt limites rōnis hūane. Vñ nec Anaxagoras: nec Pythagoras: nec Plato: nec Aristoteles: nec alij p̄bi p̄tulerunt ad hunc modū cognoscendū deū. Habetur em̄ solum ex dei reuelatione: iuxta illud Rom. x. Fides ex auditu: auditus autē p̄ verbū christi. Item Esa. viij. Nisi credideritis non intelligetis: p̄m aliam litteram. Propterea dicit Ap̄lus. j. Cor. ij. Loquimur dei sapientiā: quā nemo principum huius seculi cognouit. Blosa. i. p̄hox. Et subdit. Nobis autē reuelauit deus p̄ spiritum suū. Ad idem. j. Cor. xij. Nemo pōt dicere dñs Iesus: nisi in spiritu sc̄to. Itē Baruch. ij. Glām sapientiē nescierunt: neq; cognouerūt semitas eius. Reuelasit autē eis deus: si intellectū p̄p̄tū dei impertio sublugassent. Sed p̄pter superbiam eorū obsecari fuerūt. Nam vt dicit ap̄lus. Cum deū cognouissent: sc̄s quantū ad rationes naturales: vt p̄ primā cognitionē: et hanc habebat p̄bi: non autē sc̄dam. Et ideo nō sicut deū gl̄ficauerūt: aut gratias egerunt: sed euauerūt in cogitationibus suis. Et obsecrati est insipiens cor eorū. Dicentes em̄ se esse sapientes stulti facti sunt: et mutauerunt glām incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis: et voluerunt et quadrupedū et serpentū et c. Ro. i. Hec ergo cognitio dei: quā naturaliter haberi nō possit: tñ necessaria est ad salutem: iuxta illud ap̄li. Heb. xj. Oportet accedentē ad deū credere et c. Et ibidem. Sine fide impossibile est placere deo. Hanc autē cognitionē docet nos sciētia theologie: que est longe excellentior et nobilior alijs sciētijs et c.

Tertia cognitio dei habet p̄ visionem. Et hec habebit in patria: quādo videbitur cum sicut est. j. Ioan. ij. Et hec est optima. Vnde Ap̄lus. j. Cor. xij. Ex parte em̄ cognoscim⁹: et ex parte p̄phramus: cum autē venerit quod perfectus est euas: euabit quod ex parte est. Et infra Gl̄dams nunc p̄ speculū in enigmate: tūc autē facie ad faciem. Ad hanc autē cognitionē dei p̄fectam ordinatur homo: et manu dicitur p̄ scientiā theologie: que p̄pter hoc instituta est a deo: vt illa mediāte saluemur: iuxta illud. Jo. vlf. Hec autē scripta sunt vt credatis: quia Iesus est fili⁹ dei: et vt

credentes vitam habeatis in noīe ipsi⁹: et sic de sc̄da cognitione que habet p̄ reuelationē transferi homo ad hanc tertiā q̄ habetur p̄ visionē: iuxta illud ap̄li. ij. Cor. ij. Hos vero om̄es reuelata facie gl̄riaz dñi speculantes: in eandē imaginē transformamur a claritate in claritate: tanq̄ a dñi spiritu. De hac triplici cognitione habet vna auctoritas. Job. xxvj. Ecce hec ex parte dicta sunt vias eius: et cū vt par uam stillam sermonū eius audierim⁹: q̄s poterit contrariū magnitudinis ei⁹ intueri: Quāz auctoritatē sic exponit Tho. in. ij. contra gentiles in principi⁹ dicit. Ecce hec ex parte dicta sunt vias eius: ad p̄mā p̄tinet: quia p̄ vias creaturarū in die cognitionē noster intellectus ascendit. Et q̄z has vias imp̄fecte cognoscim⁹: recte adiūxit ex parte. Et p̄tē em̄ cognoscim⁹: sicut ap̄lus dicit. j. Cor. xij. Quod vero subdit. Et cum vix parua stilla sermonū eius audierim⁹. Ad sc̄dam cognitionē p̄tinet: p̄tē diuina nobis credenda p̄ modū locutionis reuelant. Fides em̄ vt dicitur. Rom. x. Est ex auditu: auditus autē per verbum dei. De quo etiā dicit. Joā. xvj. Sanctifica eos in veritate: sermo tu⁹ veritas est. Sic igit quia reuelata veritas diuina nō videnda: sed credenda p̄ponit recte: dñs Audiuim⁹. Q̄z hō hec imp̄fecta cognitio effluit ab illa p̄fecta cognitione: q̄ diuina veritas in seipsa videt: dum a deo nobis mediantib⁹ angelis reuelat: qui vident faciem patris: recte noīat Stillam. Vñ et Joel. ij. dicit. In die illa stillabūt mōtes dulcedinē. Sed quia nō om̄ia mystēria: que in prima veritate vīa angelī et alij b̄ri cognoscūt: sed quedā pauca nobis reuelant: signant addidit. Parua. Dicit em̄. Ecē. xlij. Quis significabit eū: sicut est ab initio. Vltra abscondita sunt maiora his: pauca em̄ vidim⁹ operū eius. Et dñs discipulis dicit Joā. xvij. Vltra habeo vobis dicere: que nō potestis portare modo. Hec etiā pauca que nobis reuelantur sunt: quibuscūq̄ similitudinib⁹ et obsecrati verbis nobis p̄ponunt: vt ad ea q̄ q̄ capiēda solī studio si pueniāt. Alij hō quasi occulta viderent: et increduli lace rare nō possunt. Vñ dicit ap̄lus. j. Cor. xij. Vñ dñm nunc p̄ speculū in enigmate,

Signant addidit vix: vt difficultas ostē-
deret. Quod vero subdidit. Quis pote-
rit tonitruū magnitudinis ei⁹ intueri: ad
tertiam cognitionē prinet: qz prima veritas
cognosceret non sicut credita: sed sicut visa.
Videbimus em̄ eum sicuti est: vt dicit. j.
Joā. iij. Unde dicit Intueri: nec aliquid
modicuz de diuinis mysterijs percipiet: sed
ipsa maiestas diuina videbit⁹ et ois bono-
rum pfectio. Unde dñs ad Moyſen dixit.
Ero. xxiij. Ego ostendā oīe bonuz tibi.
Recte ergo dicit Magnitudinis. Non autē

ponetur veritas hominis aliquib⁹ vela-
minib⁹ occultata: sed oīno manifesta. Vñ
dñs discipulis suis dicit. Joā. xvj. Venit
hora cū iam nō in puerijs loquar vobis:
sed palam de patre annūciabo vobis. Si-
gnanter ergo dicit Tonitruū: ad manife-
stationē insinuandā. Hec Tho. vbi supra.
Et predictis autē infert q scientia theos-
logie p quam habet scda cognitio dei: de
qua supra: longe est excellentior q̄ meta-
physica: et mltō magis q̄ alie scientie et c.
Deo gratias. Amen.

Collegij Societatis Jesu Paderborne.

Finis sermonū de Sanctis eximii

Concionatoris S. Petri Hieremie siciliensis predicator ordinis quos gallice
pubis negligētia adeo priori excusatione corruerat: vt nō satis sit estimare/
ne illi malus fuerit Petri Hieremie scripta deprauādi studiū: an suis
errorib⁹ ingenia studiosoz eludendi. vtrūqz: nos tantū pro virili
corruptiōi tollende insudauim⁹: q̄tum ingenij penuria sine/
bar: vt impmis allegata tū veter⁹ nouiqz instrumētū tū
iuris canonici et ciuili ac Hieronymi Augustini
qz dicta: etia yba a grāmicali lege et ordine
deuātia restituerēt: vt oia nūc plantora
et lucidiora diligēs lector cognosce-
re possis. Si tñ adhuc aliqua
suberūt veter⁹ vestigia mē
de: cogitare debēbis
casu non studio
actitatū:

ne mens tua securitate marcescat: nobis certe voluisse sat est: cū vena-
torē aliquas non omēs capientē feras fornicata cōmendet indu-
stria. Imprimebat itaqz hos sermones D. Joāne Rynma
de Dingaw expensas impendente: cura et labore
suo Henricus Bani: in oppido Hagenaw:
mense Septembri. Anno salu-
tis. M. D. XLIII.